Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26260
Copyright: Admont, Benediktinerstift



55 Est enim phase. i. transitus dni. Phase sive pascha transitus interpretatur.
Transiens enim dns occidens primogenita egyptiorum et ibuens israel
liberatione. xpi autem transitus de morte fuit ad uitam. de poena
ad gloriam de corruptione ad incorruptionem et rel. Nos
quoque eodem transitu speramus nos transituros. si tamen pius ab
omnibus uitiis ad uirtutes uitam nostram transferamus. et nos in
hac egypto supdictis muniamur officiis. Aurelius augustinus
in epla de pascha ad iuuarium hunc dicit. Primum de equinoctium.
id est post victoriam lucis de umbra noctis pascha celebratur
significat quoque post victoriam xpi de morte pascha rite celebramus.
In mense nouorum. i. in nouitate uitae / in spe immortalitatis / resurrectionis nostrae in plenilunio. id est plenitudinis. i. in plenitudine fidei et sensus. / id est agnitionem
55 gratiae et mysteriorum dei. In tertia ebdomada eiusdem mensis hoc
est in tertio tempore huius seculi. i. id est patriarchas ante legem.
id est prophetas. sub lege. in initio gratiae. / noui testamenti
xpi triumphum quia tertia die resurrexit a mortuis uenerantur.
Quod autem tunc pascha rite colitur cum globus lunae lucem de in
feriorib transierit ad superiora. significat nos debere omnem
nostrae mentis intentionem ab ambitione uisibilium ad in
uisibilium amorem uertere xpmque non in terra ad huc pluan
tem. sed in celis iam regnantem inspicere. Quod in die dnica
scm pascha celebramus in qua primum lux creata est xpe quoque
resurrexit et quia nostram resurrectionem prefigurat. admonet
nos per lucem fidei et bonorum operum cotidie passionibus xpi
communicantes gloriam cum eo tenendum desiderare celestem.